[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 154

Quelle:
Copyright:

et id exposuissem venerabilibus domino nostro abbati et domino priori, visum est eis, expedire, ut legam quartum sententiarum propter utilitatem materiarum. Explic.: *Cui cum patre et spiritu sancto est benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio, honor et virtus et fortitudo per infinita secula seculorum. Amen.*

Kropf l. c. p. 170 sq.

In infima primae paginae parte legimus: »Lectura magistri Nicolai de Dinkelspihl, habita coram fratribus in Mellico.«

-739-

82. [B. 49.]

Codex chart. saec. XV. Fol. 1—202 manu coaevi signat.; folium primum et ultimum membran. continent fragmenta antiphonarii cum neumis. Ille codex binis lineis et diversis manibus conscriptus est. In Folio.

1. f. 1—202[b]. Narcissi Herz de Perching, magistri, Lectura super tertio sententiarum seu de incarnatione. Incip.: *Cum venit ergo plenitudo temporis etc. Iste est tertius liber sententiarum Petri Lombardi, in quo magister sapientiarum et agit de misterio nostre reparationis.* Explic.: *Quam nobis conferat ipse, qui legem dedit, Jesus Christus, Deus, in secula benedictus. Amen.*

21 non signata folia scriptura vacant.

-308-

83. [B. 50].

219 Cod. chart. (pluribus foliis membr. interpositis) saec. XV. Fol. ~~214~~, ex quibus fol. 1—167 manu coaevi, sequentia manu recenti signata sunt. In interioribus partibus tegumentorum legimus orationes in singulos dies festivos. Prima duo folia membr. non signat. continent indicem huius libri et registrum tractatus primi. Codex binis lineis scriptus est. In Folio.

1. f. 1—157[b]. Nicolai de Dinkelspihl, magistri, secundae partis lectura super quarto sententiarum, tractans de sacramento extremae unctionis, ordinis et matrimonii. Incip.: *Preter premissa est aliud sacramentum.* Explic.: *Quam si unus sit homo, certum non est etc.* In fine: *Finitus est liber iste in die s. Thomae anno 1424.*

Kropf l. c. p. 170.